

## Ios Confessores.

336

professi propter communē vitam qua discunt  
statum perfectionis : cum tamen in odiosis  
non astringantur.

**T**idem Collector secundo docet commu-  
nicationem priuilegiorum quām Societas ha-  
bet cum ceteris Mendicantibus exēdi etiam  
ad Viue vocis Oracula : & quod quicquid hoc  
pa&tio aut alio, Societati concessum est, aut in  
posterum concedetur, id omne motu proprio  
& ex certa scientia concessam esse censetur.  
**Q**uod priuilegiū concessum est Fratribus  
Augustiniensibus à Iulio. 2. vt & nos supra. §  
38. retulimus. Que cōcessio magna est, & cō-  
sideranda. **T**Ex his concessionibus manife-  
stum apparet di&tos Ordines Mendicantes ha-  
bere inter se amplissimam priuilegiorū cō-  
municationem : de quo videatur Collectio  
priuilegiorum facta à Reuerendissimo Patre  
Stephano Vsus maris fol. 156. cum sequenti-  
bus, et in Elencho ver. priuilegia communia.

**T**Secundo liquet non solum communica-  
re in priuilegiis ipsis usq; ad datam predicatione-  
rum priuilegiorum concessis, sed in priuile-  
giis concedendis: non solum Ordinibus Men-  
dicantibus, sed etiam aliis non Mendicanti-  
bus. Quod probatur ex Bulla communicatio-